



BREVIARIUM.

*Ingens antiquitatum Hebraearum utilitas in multis
S. Scripturae locis illustrandis, §. I. Earum abusus §. II.
Baronii exemplo monstratus. Nominis Apostolorum origo,
§. III. Sacramentum baptismi a ritibus Iudaicis multi de-
riuant, §. IV. Refelluntur, §. V. Origo S. Coenae ex for-
mula et ritu paschali male deriuatur, §. VI. Notantur
Baronius, §. VII. Ios. Scaliger, §. VIII. Postcoenium Iu-
daeorum paschale commentitium, §. IX. et X. Vanus Lud.
Cappelli conatus, §. XI. Scaligeri sententia perplacuit Ca-
lixto, Mart. Rhuaro, H. Hammondo, P. Allixio, I. F. Oster-
waldo, Chr. Thomasio. Reicitur, §. XII. XIII. Alia Io. Bux-
torffii coniectura modeste ab auctore proposita, sed multo au-
daciis repetita et inculcata a Conr. Mel, §. XIV. XV. Refel-
litur illa perinde ac Io. Ligthfooti expositio, §. XVI. Fa-
natici hoc commento fulti S. Eucharistiam tanquam cerimo-
niam Iudaicam vilipendunt, §. XVII. Opinionis nouitas,
§. XVIII. et periculum, §. XVIII. Funditus euertitur, et
demonstratur, Christum in ultima coena agnum paschalem
cum discipulis ne quidem comedisse. Coniecturae antiqui-
tas. Laudantur Toynardus, Lamyus, Calmetus, §. XX.
Confirmatur argumentis, §. XXI. XXII. XXIII. Ioannes
cum ceteris euangelistis conciliatur, §. XXIV. Ἡ πρώτη τῶν
ἀγίων apud eos est dies XIV. Nisan, §. XXV. Verus ac
genuinus verborum institutionis sensus ostenditur, §. XXVI.
Munitur primitiuae ecclesiae consensu, §. XXVII. et
XXVIII.*